FLORILEGIVM

EMANVELIS SWEERTI SEPTIMONTI BATAVI AMSTELEDAMI COMORANTIS. TRACTANS DE VARIIS FLORIB. ET ALIIS INDICIS PLANTIS AD VIVVM DELINEATVM IN DVABVS PARTIB. ET QVATVOR LINGVIS CONCINNATVM.

CVM GRATIA ET PRIVILEGIO S. CÆSAREÆ MAIESTATIS.



PROSTAT VENALE VNA CVM FLORIB. ET PLANTIS IPSIS, APVD IPSVM AVTOREM, EMAN. SWEERTIVM CVIVS OFFICINA ANTE CVRIAM. FRANCOFVR. MDC XII.



Impressum Francofurti ad Mœnum. Apud Anthonium Kempner sumptib. Autoris. 1 6 …
De novo correcta et emendatum

Met Privilegie van de E. M. Heeren Staten Generael,

Voor den tyd van Ses Iaeren.


SI quis præsentis opusculi, nec non eorundem in eodem contentorum florum, plantarum & radicum copiam habere desiderat, is ea tempore nundinarum Francofurti in ipsius authoris in frontispicio libri positi officina ante curiam: extra nundinas verò Ambstelodami apud Emanuelem Svvertium habitantem in Flora, venalia inueniet.

SO jemant waer/ die Lust heeft van dese Boecken/ ofte Bloemen/ die daerinne begrepen staen/ te coopen/ dye kome in der Messtyt voor het Raethauys op ten Roemer/ in den Laden van desen Auteur Manuel Swerts: Na de Messe tot Amsterdam/ by Emanuel Swertz wonende op den Bloemgracht in Flora/ sall een jeder goet bescheyt doen.

SO jemandt were/ der zu diesem gegenwertigen Buch/ oder auch den Blumen/ Gewächsen vnd Zwibeln/ so in demselben begrieffen/ Lust hette/ der kan sie Meßzeiten/ zu Franckfort in deß Authoris Laden vor dem Römer/ ausser der Messen aber zu Amsterdam bey Emanuel Swertz wonhafftig auff dem Bloemgracht/ in Flora bekommen.

MEßieurs s' il y a quelcun qui desire d' achepter de ces Liures, Plantes ou fleurs: narrée en cesdicts Liures, ils se trouueront à la foire de Francfort deuant le Ræmer: ou maison de la ville, dedans la boutique de l' Autheur Emmanuel Svverts, Mais apres, la foire a Amsterdame aupres de Emanuel Svverts demeurant sur le Bloemgracht.





POTENTISSIMO INVICTISSIMO, SACRATISSIMOQVE PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO MATTHIÆ ELECTO ROMANORVM IMPERATORI SEMPER

Augusto, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclauoniæ, &c. Regi, Archiduci Austriæ, Duci Burgundiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ & Wirtembergæ, &c. Comiti Tirolis, &c. Domino meo Clementissimo.



POTENTISSIME, Inuictissime, Sacratissimeque Romanorum Imperator. V. C. M. sint mea debita seruitia in omni obedientia & humilima subiectione, deuota semperque paratissima. Etsi ab ineunte mea ætate Naturæ rerum matris mirabilia quæcunque mihi ad summum semper placuerint, vt sunt tot tamque mirabiles Conchyliorum marinorum facies, Gemmæ, lapidesque pretiosi, Flores rarissimi & pulcherrimi, volatilia diuersi generis, Aquatilia adeò monstrosa, vt natura ipsa vel ab ijs abhorrere queat. Quadrupedes quoque monstrosissimi fructusque varij cum nostris nullam similitudinem habentes, quæ omnia (vt est nostra ætas felicior in ijs inquirendis) quotidie ex vtriusque Indiæ oris & terræ meditullijs, ad nos nauigationum nostrarum commoditate adferuntur: Inter omnia hæc tamen diuersa illa atque adeò rarissima Florum genera seorsim animum meum nescio qua dulcedine affecerunt, per hæc enim Deus opera, potentiamque suam nobis voluit ostendere. In his etiam vetustissimi Aborigines nostri tantopere sese delectarunt, vt hortos quoque pensiles ad eosdem melius, curiosiusque colendos & custodiendos incredibili sumptu extruxerint: vti de Semiramide Mœcenate atque alijs Regibus Reginisque & Principibus factum legimus. Si verò veteres Romani, qui suo tempore inuentoribus vtilis alicuius Herbæ plantæve aut Floris, diuinos tribuendo honores inter Diuos retulerunt. Quid eos nunc temporis si resurgere, & videre daretur, tot vbique gentium cultissimos hortos Florum multiplicium & incognitorum generibus variè ornatos & refertos, dicturos facturosve putes? Præsertim illorum Florum quibus Regio Peruana, Americana atque India Orientalis omnis abundat, quæ ante annos plus minus centum inuenta. De quibus omnibus, quum exquisitissimos quosque Sacr. Memoriæ D. Rodulphus II. Roman. Imperator, semper Augustus verusque atque æternus Hortorum Deus, à me oblatos, in hortum suum Cæsareum accumulasset, tam curiosè atque decenter non solùm coli ac custodiri destinauit, verum etiam mihi onus, eorum in æs incidendorum prælòque mandandorum, demandare Cæsareæ Maiestati benè visum fuerit. Ego verò etiam prouinciam illam haud solum non neglegere, sed pro voto Sact. Cæs. Maiestatis summâ curâ diligentiaq; exequi non dubitaui. Quum iam dispicerem animo meo cui potissimum hoc opus, dedicarem, quò facilius ab omnibus maleuolorũ Zoilorumq; dentibus illæsum defendi possit Nemo dignior occurrit, tua Sac. Cæs. Maiestate, nec cui maiore merito id fieri debeat. Successorem enim te Deus Opt. Max. nobis dedit, tanti naturalium omnium rerum Admiratoris videlicet sacratissimæ memoriæ fratris suæ Maiestatis Rodulph. II. quantus nemo vnquam Principum legitur, nec humana memoria attingit, vnquam antea extitisse. Quem Tuæ Sacratissimæ Maiestatis zelum quum considerarem

ſtimulus mihi fuit additus arripiendi & exſequendi onus à ſua Maieſtate mihi demandatum, fretuſque ſpe ſumma Tuam ſacratiſſimam Cæſaream Maieſtatem non minorem admiratorem, vbi pel bellorum impendentium otium licuerit, futurum harum ipſarum rerum naturalium & florum exoticorum & rariorum, omnem planè abſcidi dubitationem metumque, tuæ Cæſ. Maieſtati dicandi conſecrandique hoc meum opus; Confidenter itaque hoc oro ac ſupplico, Inuictiſſime Imperator, vt placeat tuæ Maieſtati opus hoc meum, boni conſulere, defenſioni tuæ mancipatum conſeruare, ſcio enim tuæ Maieſtatis Auguſtiſſimum patrocinium ſatis firmo vmboni futurum contra quoſuis Zoilorum omnium ſarcaſticos vanosq; inſultus. Ego viciſſim hac ope ſubſidioque fretus opus hoc indies augere laborabo. Porro, DEVM OPT. MAX. ſupplex oro obſecroque vt Auguſtiſſimam Cæſaream tuam Maieſtatem diuina ſua Clementia tueatur ac defendat, victorioſiſſimamque contra omnes diuini ſui verbi hoſtes & alios quoſuis tuæ Maieſtatis inimicos præſtet ad ſui nominis gloriam & Chriſtianitatis vniuerſæ pacem & tranquillitatem, Amen.

V. C. M.

Deuotiſſ. & Subiectiſſ.

Cliens Emanuel Schvvertius Batauus.



PRIVILEGIVM
IMPRESSORIVM.



VDOLPHVS Secundus, diuina fauente Clementia electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclauoniæ, &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ & VVirtembergæ, &c. Comes Tirolis, &c. Agnoscimus & vigore præsentium notum facimus Vniuersis. Quod cum nobis demissè explicarit, nostri, & sacri Romani Imperij fidelis dilectus Emanuel Schvverts Batauus, se publico, non modo Medicinæ studiosorum, sed & omnium eorum commodo, quos iucunda non minus, quam vtilis venustißimorum florum, plantarum, & id genus similium Naturæ operum cognitio delectat, Thesaurum quendam, siue hortum selectißimorum florum, elegantißimis figuris adornatum, industria, labore, sumptu non exiguo collectum prælo committere ac in lucem edere decreuisse. Vereri autem ne, quod sæpius venit aliorum temeritate, qui primam editionem suam sordida spe lucri cupidè imitentur, sperato laboris & impendij sui fructu ad alios translato inique defraudetur. Ideoq; demissè nobis supplicarit, vt hoc loci, auidas æmulorum cupiditates coercere & indemnitati suæ priuilegio nostro Cæsareo clementer consulere dignaremur. Nos considerata petitionis ipsius æquitate, precibus huiusmodi benignè annuendum duxerimus, vti vigore præsentium annuimus. Ac proinde omnibus & singulis Bibliopolis, Typographis, alijsq; quibuscunque librariam negotiationem exercentibus seriò inhibemus, & vetamus ne quis prædictum florum selectißimorum hortum, siue thesaurum per decem annorum spacium à prima editionis die computandum intra sacri Romani Imperij, Regnorumq; & Dominiorum nostrorum hæreditariorum fines, simili aut alio quouis typo vel forma, siue æneis siue ligneis figuris illustratum, vel in toto, vel in parte recudere, vel aliò recudendum dare, vel alibi etiam impressum adducere, vendere, aut distrahere clàm vel palàm citra voluntatem & consensum prædicti authoris Emanuelis Schvverts eiusve hæredum præsumat. Si quis verò secus faciendo priuilegium hoc nostrum Cæsareum spernere, negligere, aut transgredi conatus fuerit, eum non solum huiusmodi libris perperam quippe recusis & adductis (quos quidem ante nominatus Emanuel Schvverts, ipsiusve hæredes vbicunque deprehensos, siue propria authoritate, vel Magistratus loci illius auxilio sibi vendicare poterunt) de facto priuandum, sed & pœna insuper decem Marcharum auri puri fisco nostro Cæsareo, fraudis vindici, & sæpè dicti Emanuelis, hæredumq; ipsius vsibus ex æquo pendenda decernimus omni spe veniæ sublata plectendum. Dummodo tamen istiusmodi liber nihil in se scandalosum, aut orthodoxæ Religioni Catholicæ, Sacri Romani Imperij Constitutionibus aduersum, vel bonis moribus contrarium, siue in præfatione, siue in textu, seu aliàs quocunque modo contineat, & tam dictus Emanuel Schvverts vt minus illius exempla tria proprijs suis sumptibus quam primum ad Cancellariam nostram Imperialem transmittere teneatur, quatenus priuilegio nostro vti voluerit. Mandamus ergo vniuersis nostris ac sacri Romani Imperij, Regnorumq; & Dominiorum nostrorum hæreditariorum subditis cuiusq; status, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis ac præmi-

nentiæ existant, tàm Ecclesiasticis quàm secularibus, præsertim verò ijs qui in magistratu constituti vel proprio vel superiorum suorum nomine & loco Juris ac Justitiæ administrationem exercent, ne quenquam Priuilegium hoc nostrum Cæsareum temerè aut impunè transgredi, vel violare patiantur, quin potius contumaces, si quas compererint præscripta pœna plecti aliisq; idoneis modis coërceri curent, quatenus & ipsi eandem mulctam euitare maluerint. Harum testimonio literarum manu nostra subscriptarum & sigilli nostri Cæsarei impressione munitarum. Datum in Arce nostra Regia Pragæ, die tertia mensis Decembris Anno Domini Millesimo Sexcentesimo nono, Regnorum nostrorum Romani trigesimo quinto, Hungarici trigesimo octauo, & Bohemici itidem trigesimo quinto.

Rudolpff.

Leop. à Stralendorff. V. C.

Ad mandatum S. Cæsareæ Maiestatis proprium.

Io. Baruitius.

AD CANDIDVM LECTOREM.


VANDOQVIDEM, benigne Lector, singulari ductu Animi mei à iuuentute delectatus fui non solum in peruestigandis, verum etiam in conquirendis raris & mirabilibus creaturis omnipotentis Dei, itemque opificiis, aliisque raritatibus; quæ passim ex Indiis tàm Orientali quàm Occidentali itemque à plagis tum Australibus tum Septentrionalibus à nostris nauris huc adferuntur: Inter illas tamen omnium maximè me cepit admiratio & aspectus multifariarum Plantarum, Arborum, Herbarum, & præcipuè Florum. Et quia horum omnium specimina per me Excellsissimo Illustrissimoq; Principi Rudolpho II. Rom. Imperatori felicissimæ memoriæ oblata, quem summum admiratorem amatoremque harum rerum atque opificiorum artiumq; omnium nouerim, quem Mundus caperet, placuit Cæsareæ eius Maiestati mihi demandare onus in æs incidere curandi, quicquid earum ad mei notitiam vnquam peruenisset, quorsum & me suo Priuilegio Clementissime cohonestare dignatus est.

Ideoq; primo permotus fui, Cæsaris auspiciis & grati animi erga Maiestatem suam testandi causa hunc librum auspicari. Quamuis autem plurimi viri Doctissimi tum veteres tum recentiores quales fuere exercitatissimi in re herbaria, D. Rembertus Dodonæus, D. Matthias de Lobel & D. Carolus Clusius, (quorum hic duobus posterioribus sui herbarij libris multas exoticas plantas, animalia, pisces & aues descripsit) doctissimè de iis earumque natura tractarunt, atque artificiosissimè quantum in exiguitate licuit naturam ipsam secuti sunt, in quorum tamen plerisque amatoribus non satisfecerunt: Idcircò hac maiori forma non tantum genuinas figuras assequi, verum etiam ipsam florum, bulborumq; magnitudinem & quantitates quibus vulgò crescere inueniuntur, delineare studui, additis declarationibus naturalium colorum.

Altera causa est, vt hoc ipso meo labore oculis hominum obiiciam infinitam Dei omnipotentiam, in quam homo tanquam in speculum intuendo, considerare, atq; adeò moueri possit ad cognitionem breuitatis & fragilitatis vitæ suę, atq; ab alia parte animaduersa infinita Dei misericordia, in ipsius laudes continuè erumpendi, qui ad nostri recreationem nos tanta varietate formosarum harum creaturarum donat, vt ex iis discamus vitam nostram flori omnimodè similem esse, qui cum citò pereat & euanescat tamen maiorem obtinet gloriam ornatiorq; exit, quam Salomon in summa Regia sua gloria claruerit.

Visum est mihi præterea in duas partes hunc meum librum distinguere, & priori omnes flores qui vel bulbos vel tuberosas habeant radices, genuina ipsorum quantitate repræsentare, additis colorum varietatibus & singulas species quoad eius fieri potuit singulis foliis per literas Alphabeticas iustisque numeris distinctas, exhibere.

Secunda parte, dabuntur flores radicibus fibrosis prouenientes, singulæ item species singulis foliis absolutæ, quibus amatores ad clauem intelligentiæ, quæ in manu ipsius Floræ conspicitur, perducantur; Huiusmodi enim opus nunquam antehac typis excusum editumque fuit. Huic igitur meum librum, laborem & expensas si videam vos alacri animo suscipere addetis currenti calcaria, vt eadem locupletiora in lucem edidero, Deoq; Opt. Max. te commendarum volo.



Tot den Goetgonstigen Leser.



Eminde Leser / naerdyen ick my door een zunderlycke drivinge myns Gheestes van jongs aen vermaeckt hebbe niet alleen int ondersoecken maer oock int bekommen ende verkrygen van alle vreemde wonderbare doch natuerlycke Schepselen deß Almogenden Godts/ Oock manifacturen ende andere raricheyden die Welcke uyt Oost als uyt Westindien Zuyden ende Noordelycke contreyn ende gewesten des Werelts door onse Schepen hier te Lande gebracht worden / Soo ist nochtans dat onder alle deselve gheene my soo behaechlicke zyn geweest als het aenschouwen der menichfuldiger voorscheydenheyt van allerley Bloemen / Ende alsoo ick den Hoochstgeboren Doorluchtigen Kayser Rudolphus den Tweeden Hoochlofflicker May. meest allen de soorten van dien thoegebracht hadde Nadenmael zyne Kayserlycke May. een sonderlinge ja de meeste ende grootste admirateur ende Liefhebber der Werelt / was van allen de zelue als mede van allerley konsten/ haddet zyne Mayestet belieft / van my te begheren dat ick de selue in Coper soude laten snyden / ende een Boeck daervan ordineren ende stellen/ my daerto oock Octroy verleende als by de selue siene is/ Soo ben ick ten eersten veroirsaect geweest om zyne May. te believen dit Boeck aen te vangen/ Ende alhoewel verscheyden treffelicker geleerde Mannen zoo voions als by onse tyden als dar zyn geweest de Hoochgeleerde Welwyse ende hooge ervarene Mannen/ D. Rembertus Dodoneus/ D. Matthias Lobell ende den vermaerden D. Carolus Clusius (die in zyne leste twee Boecken ofte deelen zyns Herbary veele vreemde Vuytlandisser Schepselen van Planten/ Dieren/ Visschen ende Vogelen bescreuen heeft) zeer geleerdelyck van de selue ende de Nature der seluer gehandelt ende zeer konstelyck / doch int kleine het leuen gevolcht hebben / Daermet nochtans den Liebshebbers niet volcomelyck geontenteert en zyn/ so heb ick in de groote Formaet my beneersticht niet alleen tleven maer oock ten naesten by de grootheyt de Bloemen ende bollen met Haren verwen/ soo die ordinaerlyck zyn groyende voor oogen te stellen. De andre myne redene ende oorsaecke is/ daer voor oogen te stellen de oneyndelycke Almogenheyt Godes daer inne de Mensche als in eenen Spiegel sien / mercken ende daer door beweecht zynde ouerdencken can / hoe cort ende nitich zyn Leuen is ende hoe groot de Barmhertichheyt Godes is ons nietige Schepsels voor onse vermakelheydt te schencken zoo schoone verscheydeneydt aller der seluer wonderlycke Schepselen van Bloemen die te kennen geven dat des Menschen Leven niet en is dan als een Bloemes des Velts die haest vergaet maer naer de getuygenisse Jesu Christi is heerlycker vereiert als den Coninck Salomon oock was in zyne hoochste Heerlyckheyt / war door wy dan tot Loff ende Prys Godes des Scheppers zullen gestadelyck verweet worden/ Jck heb oyck goedt gevonden dit Boeck in twee deelen tonderscheiden in t jerste van de welcke gestelt worden/ alle die Bloemen die bollen oft knobbelen tot worttels hebben so groot als tleven mit aenteeckieninge Haere verscheydenheit in verwen oft coleuren brengende elck geslacht zu vele mogelyck is op een Blad op haeren getale ofte numero.

Int twecde/ staen de Bloemen mit sazelachtige oft veselachtige worttels elcke geslachte soo veele mogelyck is op een besondere Bladt/ waer doer den Liefhebber tot den Sleutel des Verstants die FLORA inde Handt heeft te beter kan aengeraecken/ want dit noyt voor desen in sulcker gestaldt in Druck gebracht ende vuytgegeuen is/ Gunstiger Leser wilt dit myn Boeck swaren Arbeyt / so werdt ick beweecht tselve naer myn vermogen door Godts Genaden te vermeerderen/ Blyft den Almogenden Godt bevolen.

An den Günstigen Leser.



Vnstiger Lieber Leser / ob wol ich durch sonderbare Neigung vnd Treibung meines Geistes mich von Jugend an nicht nur im suchen vnd nachfragen / besondern vielmehr im Außkündigen vnd bekommen allerhandt frembden wunderbaren vnd seltzamen jedoch natürlichen erschaffenen dingen Gottes deß Allmächtigen / wie dañ Handwercke vnd sonst anderer Ergetzlichkeiten / so auß Ost- vnd West Indien / auch Nord- vnd Südlichen örtern haabhafft gemacht werden / delectiret vnd erlüstiget: Ists dannoch an deme / daß vnder denen allen keine mir dermassen gefallen noch so hoch erlüstiget / als das anschawen einer so grossen Differentz vnd vielfältigkeit mancherley gewächse dero Bäume. Da ich nun von einem jeden Geschlechte deroselben dem Allerdurchleuchtigsten Großmächtigsten Herrn / Herrn Rudolpho dem Andern / Weyland Römischen Keyser / ꝛc. Höchstlöblichster Gedächtnuß / ꝛc. etliche zugebracht haben ihre May. (als welche der grössesie Wunderer vnd Liebhaber aller seltzamen frembdigkeiten den die Welt je getragen / gewesen) ein gnedigst gefallen darob gehabt / Dieselben in Kupffer zu schneiden / vnd ein Buch darüber zu verfertigen lassen / mir gnedigst in Befelch vnd Anordnung gethan / auch zu dem ende mit dero Mayest. Priuilegio allergnedigst verehret.

Hierauß bin ich zuvorderst diß Buch anzufahen vervrsachet worden / Vnd ob wol viel vnderschiedliche treffliche gelährte Männer beyde vor vnd zu vnsern Zeiten / als nemlich D. Bembertus Dodonæus, D. Matthias de Lobell vnnd Carolus Clusius (der da in den zweyen letzten oder hindersten Theilen seines Kreuterbuchs viel frembde Außländische erschaffene Pflantze / Thiere / Fische vnd Vögel beschrieben) sehr gelährtlich von denselbigen vnd deren Natur gehandelt / vnd dem Leben nach / jedoch auff der kleinen maaß / außgetruckt / So sind dennoch viel Blumliebende Geister damit nicht vollkömlich vergnügt: Weßhalben ich mich beflissen in diesem Format nicht allein das lebendige Wesen / sondern auch die grösse der Blumen vnd Zwibeln wie die ordinariè wachsen / abzubilden.

Die andere meine Vrsach vnd Bewegung ist / die vnendliche Allmacht Gottes damit für Augen zu stellen / in welcher der Mensch als in einem Spiegel sehen / mercken / vnd dardurch er bewegt werden könne / zu verstehen / wie gantz kurtz vnd nichtig sein Leben: vnnd wie groß dagegen Gottes Barmhertzigkeit sey / daß er vns nichtswürdigen Creaturen so mancherley schöne / herliche vnd wunderbare Geschöpffe der Blumen zu Erquickung mittheilen. Vnd geben vns dieselbigen zu erkennen / daß deß Menschen Leben nicht anders sey dann wie eine Blume deß Feldes / welche alßbald verwelcket / vnd gleichwol nach Christi vnsers Lieben Heylands selbst Zeugniß / herlicher ist / weder der König Salomon in seiner grössesie Herligkeit je gewesen: Dadurch wir dann zu Lob vnd Preiß seiner Göttlichen Güte aufferweckt vnd ermahnet werden.

So hat mich auch gut gedeucht / dieses Buch in zwey Theil zu distinguirn / vnd sollen demnach im ersten Theil alle die Blumen so da Zwibel zu Wurtzeln haben / eben so groß als das Leben / mit Anzeigung ihrer vnderschiedlichen Farben verfaßt werden / Ich hab auch jedes Geschlecht so viel müglich gewesen / auff jedem Blatt mit numeris gesetzt vnd angezeichnet.

Das ander Theil sol einhalten alle die Blumen mit Haarichen Wurtzeln / gleichsfals auff jedem Blatt Geschlecht bey Geschlecht gestelt / dadurch dann die Blum-Liebhaber zum Schlüssel deß Verstandes so Flora in der Handt hält / kommen vnnd gerahten können / dann ein solches Werck ist zuvor nie mehr ans Liecht kommen noch außgeben worden.

Nim demnach günstiger Leser diß mein Buch / meine Arbeit vnd Kosten danckbarlich auff vnd an / so werdē ich bewegt werden / dasselbige meinem vermügen nach zu mehren / Vnd bleibe hiemit Gott dem Allmächtigen befohlen. Datum Amstelodami 1. Septembris, Anno 1612.



Au Lecteur.



Ecteur trecher, Comme ainsi soit que par singuliere stimulation de mon esprit dez ma ieunesse ie me sois tousiours recreé non seulement à rechercher, ains à recouurer & acquerir toutes sortes des merueillenses Creatures de Dieu le Toutpuissant, aussi de manifactures & autres raritez, lesquelles tant des Indes Orientales qu' Occidentales des parties de Sud & Nort sont icy apportées par nos nauires, Et qu' entre toutes icelles n' y ayent aucunes qui tant me plaisent or recreent que la contemplation de la multiplsante diuersité des plantes, arbres & herbes & specialement des fleurs. Et d' autant que i' auois apporté à Treshaut & Tresillustrißime Empereur Rodolphe deuxiesme d' heureuse memoire la meilleure partie d' icelles, parce que sa Maiesté estoit le plus grand Admirateur & Amateur du monde de toutes les raritez & artifices mondaines il auoit pleu à sa Maiesté de me commander à les tailler en cuiure & les rediger en vn liure, à quoy aussi sa dite Maiesté m' auoit fauorisé de son octroy & priuilege comme iceluy se void : Si estce que premierement m' a meu le commandement de sa Maiesté à entreprendre ce liure; Et combien que plusieurs tresdoctes & tresexperts hommes, tant anciens que de nostre temps, comme entre autres les tresdoctes D. Rembertus Dodoneus, D. Matthias de Lobel, & D. Charles Clusius (lequel es deux dernieres parties de son Herbier adescrit plusieurs rares & estranges Creatures des plantes, animaux, poissons & oiseaux) ayent tresdoctement traicté d' icelles & de lenr nature & artificiellement suiuiz en petite forme la vie diceux au plus naif, dont toutesfois les amateurs ne se contentent plainement, pourtant estce qu' en ce grand format i' ay mis toute diligence non seulement de representer la vie, ains aussi au plus pres la grandeur des fleurs & de leurs oignons ou racines, ainsi qu' ordinairement croissent.

La seconde cause est, pour en celiure representer la toute puissance infinie de Dieu comme vn miroir auquel l' hommese penst mirer & en se mirant se souuenir de la briefeté & fragilité de sa vie & recognoistre la grandeur de la misericorde de Dieu enuers nous ses miserables Creatures, en nous donnant si belle diuersité de toutes ses creatures admirables, des fleurs, qui nous signifient & enseignent, que la vie humaine n' est que comme vne fleur des champs, laquelle tost s' euanouït & toutesfois selon le tesmoignage de Iesu Christ est plus magnifique & illustre que ne fust Salomon en sa plus haute magnificence & gloire dont serons puis apres incitez à publier le los & gloire de Dieu le Createur continnellement. Il m' a au reste semblé bon, de departir ce liure en deux parties distinctes, Au premier liure ou partie seront mis toutes les fleurs, qui ont oignons ou neuds pour racines, en leur viue grandeurs auec annotation de leurs diuersitez de couleurs, mettant chasque espece, tant que faire il s' est peu, en vne fueille à part sur leur nombres. En la deuxieme partie seront mis toutes les fleurs à racines chenelues, chasque sorte, tant que faire se peust, en vne fueille à part, par ou le bon amateur puisse mieux paruenir à la clef de l' entendement, estantes mains de flora. Car auparauant cecy n' a iamais en ceste forme esté publié on mis en lumiere. Recoy donques Amy Lecteur ce mien labeur en gré, quoy faisant m' animeras de tant plus à l' augmenter vne autre fois & à Dieu soyez recommandé.



Ad• EMANVELEM SWEERTSIUM
Batavum Septimontium principem Rhizotomum
Epigramma

Si florum vivas orbi exhibuisse figuras
Viuere perpetuo est
Quin decet ut. uiuas post busta his floribus orbi
Perpetuo effigie.

A. CLVTIVS.

IN FLORILEGIVM NOVVM

EXCELL. ATQVE

CLARISSIMI BOTAMICI DOMINI

EMANVELIS SWEERTII BATAVI

EPIGRAMMA.



SWERTIVS in vita flores dum colligit omneis,
Atque videt vitam floribus eſſe parem.
Ne ſimul, vt Flores, fieret quoque vita caduca,
Vita ſed vt vitæ & floribus eſſe queat.
Æternos, ſenior iam factus, conſtruit hortos,
Hoſce ſuæ vitæ, floribus hoſce ſuis.
Florilegum ecce catum: qui ſeq; ſuoſq; labores,
Poſt ſua, ne pereant, viuere fata facit.

Sereniſsimi Domini Electoris Saxoniæ

Secret. IOHANNES SCVSSIVS

Dreſdæ faciebat.

IN EXCELLENTISSIMORVM, RARIORVM, CELEBERRIMORVMQVE FLORVM VOLVMEN, VIRI CLARISSIMI D. EMANVELIS SWERTII,

CARMEN

DAMASI BLYENBVRGII BATAVI.



NDVS ARABS, BATAVVS, GERMANVS BELGA, BRITANNVS,
ITALVS & GALLVS, cùm TVRCIS, SARMATHA, THRACVS,
Et si quos alios MVNDVS Populos produxit;
Quas mirantur OPES NATVRÆ, & munera rara
Nullis visa VIRIS antehac; FLORES, puto, raros,
Hos BATAVVS magno molimine junxit EMANVEL
ZVVEERTIVS, his libris, HORTI instar cuncta ferentis
NOMINA RARA quibus FLORES signantur, & vltrà
Hæc quoque VERTVMNI, & POMONÆ DONA, quot INDVS
Fert Gemmas, quot CHINENSES Conchas, MAGALANI
Ignotos fructus, simul omnia iunxit; Auesque,
Quadrupedesque, Ferasque, verendaq; MONSTRA marina,
Cumque aliis mille, & mille, quos ORBIS VTERQVE
Nobis DIVINI consensu NVMINIS offert,
Atque ABORIGINIBVS nostris ignota fuerunt;
ZVVEERTIVS hæc nobis fert omnia. ZVVEERTIVS ille
Cuius Nomen, amans CÆSAR RODOLPHVS, (ab omni
Sæclo, quo nullus vel amantior extitit vnquam
RARORVM FLORVM, vel doctior in censendo
GANGETICAS merces, CONCHYLIA, PEGMATA, CANCROS.)
Sæpius illum ad se, ostendens SVA MIRA vocauit.
Quocirca gaudete VIRI; Laudate laborem
ZVVEERTI: Qui vobis præsentat MVNVS in ORBE
Haud visum prius. Et communi psallite cantu;
ZVVEERTI viue. Tuum sit Nomen semper in ore
Omnibus, & dicant: operi tibi gloria par sit.

Sonnet a L'autheur

LE SIEVR EMANVEL
SWERTZ HOLLANDOIS
SVR CES AMAS DES PLVS rares fleurs.



Oy qui as recherché tout l'Auril de ton aage
Nous faictes voir NATVRE en ses plus beaux secrets,
Et en si peu de lieu l'esmail de touts bocquets
En vostre Automne asteur, vng si plaisant ouurage.
Quels fruicts tres-excellents! quel musc offréz pour gage!
Quel beaulme! quel parfum! quelle senteur nous mets
Au deuant de noz yeux! quels flairs, doceurs, bienfaicts!
Sans fanir, sans tarir vng Nectarin breuuage!
Venez vous donc sentir qui estes Curieux
La ou est espanché toute l'odeur des Cieux,
*Gouste*z *ces fruicts ie vous prie & prie encore;*
Et dictes auec moy: I'apperçoi que ces Fleurs
Surpassent millefois touts souëfues odeurs
Mercy EMANVEL premier mignon de FLORE.

Augerius T. F. Clutius M. Doct.
apud Amsterodam.

Exoti-



EXOTICÆ QVÆDAM DOCTRINÆ AVTHORIS

CIRCA FLORVM PLANTATIONEM VTILES.



VANDOQVIDEM à quibusdam viris magnatibus, qui venustissimorum & pulcerrimorum florum plantatione delectantur, sæpius à me petitum, vt ijs aliquam informationem, quomodo se in extrahendis & inserendis floribus habere debeant, intermittere non debui, quin in eorum gratiam & commodum subsequentes regulas euulgarem.

Primò itaq; obseruandum, omnes flores bulbosos, siue crassas & rotundas radices habentes mense Augusto è terra esse extrahendos, cum hac tamen cautela, vt illos, quorum semina adhuc immatura, tam diu in terra relinquant donec semina perfectè maturuerint.

Secundo, possunt extracta radices florum, tribus septimanis, vel etiam integro mense sine corruptione extra terram conseruari, & intra duas vel tres septimanas in terram rursus inseri, & quo terra subtilior, eo melior est.

Tertiò, terram pro floribus inserendis aptam hoc modo præparabis. Primo facias in terra iustæ magnitudinis fossam in ea ponas excrementa boum & partem optimæ terræ nigræ, misceas & sinas per annum in prædicta fossa iacere, ita tamen, vt aliquoties in anno misceantur, vt superflua & inutiles herbæ expurgentur & dicta excrementa putrescant.

Quarto etiam hoc modo aptam terram parabis. Accipe cortices tusas de quercu quibus sutores vsi sunt, quo antiquiores eo meliores, misce cum bona terra nigra & ponas simul per annum in fossa iuxta modum præscriptum, post annum per cribrum separa crassiorem terram à tenuiore, & habebis aptam terram ad inserendos flores.

B Kurtze

Kurtze Unterrichtung deß Authoris / wie man sich in Pflantzung allerhandt Blumen verhalten soll.



DEmnach ich von etlichen vornehmen Herrn / vnd Liebhabern der Blumen vnnd schöner Gewächsen / in Teutschlandt zu mehrmaln ersucht worden / jhnen einen guten Bericht mit zutheilen / wie man sich mit herauß nehmen / vnnd wieder Eynsetzung der Blumen / vnd anderm verhalten solle / hab ich denselben zu dienst vnd gutem / nachfolgenden Bericht mittheilen wollen.

Erstlich sollen alle Blumen / so Zwibeln vnd dicke Wurtzeln haben im Augusto auß der Erden genommen werden / bey welchem aber zu mercken / daß man die jenige so Saamen haben / so lange soll stehen lassen / biß der Saame zeittig worden.

Zum andern / kan man die herauß genommene Zwibeln oder Wurtzeln von den Blumen / drey Wochen oder ein Monat wol ohn schaden auß der Erden behalten / vnd kan man dieselbe also innerhalb vierzehen tagen / oder drey wochen wiederumb in die Erden eynsetzen / vnnd je subtiler die Erden zugericht wirdt / je besser sie ist.

Zum dritten / kan die Erden auff diese manier vnd weiß preparirt vnd zugericht werden: Erstlich soltu in die Erden ein ziemlich groß Loch oder Gruben machen / darinn soltu ein theil lauter Kühtreck / vnnd ein theil von der besten schwartzen Erden darinn legen / vnd durch einander mischen / das soltu also ein jahrlang liegen lassen / doch deß Jahrs einmal oder etlich durch einander mengen / damit das vnkraut darauß vertrieben / vnnd der mist verfault seyn werde / also wirstu ein gute Erden haben.

Zum vierdten / kanstu auch auff diese weiß ein gute Erden dir zu bereiten: Nim alte Rinden so die Schumacher gebraucht / je älter dieselben / je besser sie seyn / zu denselben thue gute schwartze Erden / thue sie in ein Gruben / vnd misch durcheinander / wie obgemeldt / laß es durchs Jahr liegen / biß die Rinden verfaulet seyn / hernacher nehme die Erden vnd reuter dieselbe durch ein Sieb / darinn setz die Blumen vnd Gewächs / so werden sie schön wachsen.

CATA-

CATALOGVS LIBRI PRIMI FLORVM RADICIBVS BVLBOSIS.

ANEMONE LATIFOLIA.

FOL. 2.



Nemone Calcedonica maior flore viridi pleno Violacea-rubentibus lineis nedum descripta.
Anemone Pauo maior multiplex Cinabrii coloris flore pleno.
Anemone Calcedonica maxima viridibus lineis distincta.
Anemone Pauo simplex flore Cinabrii col. absque circulis.
Anem. Pauo circulato flore Cinabrii aut Phœnicii col.
Anemone incarnata flore intensè carneo.
Anem. Violacea eleganter rutilans nedum descripta.
Anem. fl. arantii mali colore nedum descripta.
Anem. Cramosina.
Anem. intensè violacea.
Anem. carnea.
Anemone purpurea pallescens,
Anemone purpurea.

ANEMONES LATIF. secunda species fol. & radicibus à praced. differens.

Fol. 2.

Anem. lat. fl. exalbido.
Anem. siue Ranunculus siluarum albis rubentibus plenis floribus.
Anem. hortensis flore albo nedum descripta.
Anem. leuiter purpurascens.
Anem. siue Aconitum hyemale lut. fl.
Anem. hortensis lutea.
Anem. grisea.
Anem. Coccinea minus intensa.
Anem. stellata fl. cæruleo foliis Geranii.
Anem. silu. alba.
Anem. lat. cæruleo pallescente colore.
Anem. stella alba fol. Geranii.
Anem. stella cæruleo-violacea fol. Ger.

ANEM. TENVIFOL. Tertia species.

Fol. 4.

Anem. Cramosina.
Anem. flammea rubra.
Anem. byzantina.
Anem. Coccinea.
Anem. alba lineis nigris distincta nedū.
Anem. cæruleo-violacea.
Anemone intensissimè rubra.
Anem. alba.
Anem. facie florum pomi.
Anem. grisea versicolor.
Anem. Byzantina coccin. pl. fl.
Anem. alt. facie Byzant. coccinea fundo albido.
Arum Byzantinum, fol. 43.
Arisarum siue Arum minus Angustif. fol. 43.

Fol. 48.

Asphodelus ramosus flore albo.
Asphodelus luteus.
Asphodelus maior flore albo.

CROCVS VERNALIS.

Fol. 5.

Crocus alb. striatus.
Crocus multiflorus albus facie lutei maior non desc.
Crocus aureus striatus.
Crocus columbinus.
Crocus cæruleus strijs violaceis.
Crocus albo flore.
Crocus lut. fl.
Crocus cineritio fl.

CROCVS AVTVMAL.

Fol. 6.

Crocus columbinus.
Crocus cæruleus strijs violaceis.
Crocus cinerinus.
Crocus verus fl. purpureo.
Crocus albus nedum descriptus.
Crocus cæruleo-violaceus.
Colchicum Pannonicum multifl. album.

Fol. 56.

Colchicum vernum purpureo rubrum.
Colchicum album purpureis lineis.
Colchicum facie col. fritillariæ.
Colchicum luteo flore.
Colchicum plenum album purpurascens.
Colchicum vulg.
Colchicum Illyricum Græcum non venenatum.
Colch. Syriacum Alexandrinum.
Colch. album folia in Autumno proferens non descriptum.

Fol. 1.

Corona Imperialis duabus coronis ornata flore flauescente.
Corona procerior rubra.

Fol. 59.

Cyclamen Romanum folijs hederæ fl. Carneo.
Cyclamen Francicum flore purpureo hederæ folio.
Cyclamen vernale albescente flore.
Cyclamen Germanicum flore rubro.
Dens Caninus fl. albo. Fol. 6.
Dens Caninus fl. purp. ibid.
Dracunculus seu serpentarium maius, fol. 43.

Fol. 7.

Fritillaria Aquitanica flore luteo virescente.
Fritillaria minor polyanthos colore atro-purpureo n. desc.
Fritillaria Hispanica maior vmbellifera fl. purp.
Fritillaria purpur.
Fritill. alba.
Fritill. lutea præstantissima nedum descripta.
Fritillar. maior. multiflora purpurea.

Fol. 42.

Gladiolus carneus.
Gladiolus Byzantinus atro-purpureus.
Gladiolus Italicus purpureo Violaceus
Gladiolus albo flo. non descriptus.
Gladiolus maximus Capitis aut Promontorij bonæ spei magnitudine alias omnes species superans. fol. 66.

Fol. 11.

Hyacinthus fl. exalbido.
Hyacinthus multis floribus cæruleus.
Hyac. totus albus.
Hyac. purpureo-cæruleus.
Hyacinth. facie Oriental. fl. cærul. elegant.
Hyacinth. facie Hyacinth. Orient. totus albus.

Fol. 12.

Hyac. pleno fl. cæruleus.

Hyacinth. siue Simbul Indicum cæruleo-purpureus.

Hyac. comosus albus.

Fol. 13.

Hyacinth. Hispan. siue Anglicus fl. cærul.

Hyacinth. Hispan. fl. albo.

Hyac. Hispan. fl carneo.

Hyacinth. facie super fl. cærul. campanulas æmulantibus.

Hyac. coronatus comosus è viridi purpureo cæruleus.

Hyac. luteus obscurè virescens.

Fol. 14.

Hyacinth. Iudicus tuberosus Narcissi albi facie non descriptus.

Hyacinth. Iudicus tuberosa radice albus.

Hyacinth. Swertii Promontorij bonæ spei, Bulb. ex albo purpurascente, nondum protulit flores & nondum descriptum.

Fol. 15.

Hyacinth. German. fl. albo.

Hyacinth. maior Azureus.

Hyacinth. paucioribus floribus cæruleus.

Hyacinthus German. cæruleo-violaceus.

Hyacinthus (siue Ornithogal.) Luridus.

Hyacinthus Germ. carneus.

Hyacinthus Autumnalis purpureo-cærulæus,

Hyacinthus siue Ornithogalum vnifolium fl. cærul. pallescente.

Fol. 16.

Hyacinthus Peruianus fl. violaceo, cæruleove purpureus multiflorus.

Hyacinthus Peruianus facie super. carneus.

Fol. 17.

Hyacinthus Byzant. cæruleo-lacteus.

Hyacinth. Lilifolius cæruleo lacteus.

Hyacinthus peregrinus pluribus caulibus præditus cæruleo-violaceus.

Hyacinthus autumnal. carneus.

Fol. 18.

Hyacinthus Africanus bulbo crasso rubescente exalbido floruit Anno 1611. facie Hyacinthus Peruianus, fol. 66.

Hyacinthus Indic. Promontorij bonæ spei dictus Swertzius bulbo albo folijs latis & guttatis.

Hyacinthus Neapolitanus. fol. 65.

Hyacinth. caulis foliosa. ibid.

Fol. 19.

Hyacinthus Bottryoeides Carneus.

Hyacinthus Bot. albus.

Hyacinthus Bot. cærul.

Hyacinthus siue Muscari purpureus.

Hyacinthus siue Muscari luteus.

Hyacinthus siue Muscari carneus.

Hyacinthus siue Muscari albus.

Hyacinth. Bottryoeides maior Hispan.

Fol. 34.

Iris bulbosa Anglica perperam maior alba.

Iris bulbosa Anglica maior grisea strijs violaceis.

Iris bulb. Angl. maior alba strijs violaceis.

Iris bulb. maior Francica cærulea & eius varietas, venulis crassioribus dotata purpureis.

Fol. 35.

Iris Bulbosa Hisp. fl. albo.

Iris Bulbosa fl. cineritio.

Iris Bulbosa fl. cæruleo.

Iris Bulbosa fl. luteo.

Iris flore atro-purpureo viola.

Variaq; varietas.

Fol. 36.

Iris Hispan. bulbosa cærulea-purpurea, ab alijs speciebus differens.

Iris latifol. bulbosa prima Clusij purpureo saturato colore.

Iris tuberosa saturato viridi colore.

Fol. 37.

Iris Byzantina Angustifolia cærulea fl. pleno nedum descripta.

Iris Byzantina flore albo nedum descripta.

Iris Byzant. fl. cæruleo.

Iris Byzantina minor graminea flotib. purpur.

Fol. 30.

Iris Susiana maior varie reticulata.

Iris purpurea exotica Camerarij.

Fol. 39.

Iris Susiana minor latifol. facie cum maiore eadem.

Iris flore atro-purpurante.

Fol. 40.

Iris Dalmatia siue Asiatica flo. cærul. odorato.

Iris purpureo-violacea varia

Iris pumila seu Chamæiris cæruleo-cineritia.

Iris lutea variegata.

Iris pumila purpurea & castanei coloris.

Fol. 41.

Iris latifolia alba oris cæruleis.

Iris Tripolitana flore luteo.

Iris pumila Latifolia atro-purpurea.

Iris pumila siue Chamæiris latifol. purpureo-cærul.

Iris pumila purpureo-violacea.

Lilium Persicum. fol. 44.

Fol. 45.

Lilium Album.

Lilium Album Byzantinum.

Fol. 46.

Lilium flauo-rubicundum.

Lilium flauum à præcedenti parum differens.

Lilium rubrum bulbiferum

Fol. 47.

Liliosphodelus luteus.

Liliosphodelus flore rubro.

Liliosphodelus flor. albo Richerij siue phalangium Allobrogicum, flos æmulatur lilium album.

Fol. 49.

Martagon Pomponij præcox saturatius miniatio calore multis floribus ornatum.

Martagon Calcedonicum eiusdē cum superiore coloris paucos flores ferens.

Fol. 50.

Martagon Calcedonic. plures ferens flores.

Martagon Calcedonic. serotinum.

Fol. 51.

Martagon luteum alias species florum multitudine superans.

Martagon flore lurido.

Bulbus obscurus, tuberis promontorij bonæ spei, bulbo Martagonis lutei, non dissimilis adhuc incognitus, folio 66.

Fol. 52.

Martagon siue Hemerocallis Imperialis flore albo sine punctulis.

Martagon griseum.

Fol. 53.

Martagon siue Hemerocallis fl. suaue rubente.

Matagon carnei coloris.

Variaque varietas.

Fol. 60.

Moly exoticum caule & fol. triangulatis floribus albis strijs viridibus ornatis & ad Campanularum formam accedentibus, nedum descriptum.

Moly flauo flore.

Moly atro-purpureum.

Moly minimum albo flore.

Moly colore lurido.

Fol. 61.

Moly montanum Cramosinum.

Moly Indicum multiflorum fl. purpurascente.

Moly siue Allium Vrsinum albo flore.

Moly Indicum siue Caucason.

Fol. 20.

Narcisso-lyrion precox album Byzantium.

Narcisso-lyrion bulbosum serotinum Hispan. maius.

Narcisso-lyr. minus album serotinum.

Narcisso-lyr. bulbosum German. triphyllon.

Narcisso-lyr. bulbos. Autumnale tenuifolium.

Fol. 21.

Narcissus falsus siue Pseudonarcissus dilutior flauus tuba sexangulari non descriptus.

Narc. &c. Pseudonarcissus maius Hispan. fl. luteo.

Narc. &c. Pseudonarcissus minor Germanicus luteus.

Narc. &c. Pseudonarcissus iunceus latifolius tuba non simbriata & quasi abscissa flore flauescente non descriptus.

Nar.

Narc. &c. Pseudonarcissus iuncifolius tuba non fimbr. fl. flauescente.
Narciss. &c. siue Pseudo-narcissus duplici tuba fl. lut.
Narc. &c. Pseudonarcissus oblonga tuba albus totus.
Narc. &c. siue Pseudonarcissus iuncifolius fimbriata tuba flor. flauescente.
Narc. siue Pseudonarcissus Hisp. fl. luteo pumilus.
Pseudonarcissus, fl. albo, tuba oblonga, fimbrijs luteis.

Fol. 22.

Narcissus serotinus medio-rubeus.
Narcissus Africanus minor aureus.
Narcissus præcox medio-rubeus.
Narcissus vulgaris corona lutea.

Fol. 23.

Narc. Africanus aureus multiflorus.
Narcissus maior albior fl. albo medio-luteus.
Narcissus donax Narbon. flo. albo mediolut.

Fol. 24.

Narc. albus duplici corona.
Narcissus alter medioluteus Pisanus.
Narcissus totus niueus elegans breui calice.
Narc. totus albus mediocri calice latifolius reflexus.
Narcissus flore flauo breui calice non desc. facie toti albi supra descripti.

Fol. 25.

Narcissus maximus griseus amplo calice flauo non desc.
Narcissus alter minor amplo calice.
Narcissus albus oblongo calice luteo.

Fol. 26.

Narc. Constantinopol. siue Calcedonicus albus flore pleno.
Narciss. falsus, siue Pseudonarcissus duplex multum diuiso calice odoratus.
Narc. &c. siue pseudonarcissus duplex maior luteus.
Narc. &c. siue Pseudonarc. duplex minor luteus.
Narc. albus vulgaris plenus.

Fol. 27.

Narcissus tertius Mathioli albus.
Narcissus marin. siue Pancratium flor. albo.

Fol. 28.

Narcissus Virgineus Pet. Gareti flor. albo ad basim exterius rubeus non descriptus neq; visus ante.
Narc. Indicus latifol. dictus Iacobeus flo. rub.
Narc. vernus fl. lut. facie Colchici lutei.

NARC. IVNCIFOL.

Fol. 29.

Narcissus luteus albicantibus lineis distinctus breui calice.
Narc. lut. pleno flore.
Narc. lut. breui calice vulgaris.
Narc. totus albus reflexus maiori calice.

NARCISSI DIVERSOR. GENERVM. Fol. 30.

Nar. iuncif. albus circinatis foliolis.
Narcissus iuncifol. albus Autumnalis.
Narciss. falsus seu Pseudonarcissus iuncifol. asperis oris flauescens.
Narcissus Autumnalis paruus flor. albo.
Narcissus mar. siue Pancrat. maius floribus rubicundis. Sed non dedit nobis florem.
Narcissus mar. minor, siue Pancratium, aut Hemorocallis Valentina Clusij flore purpurascente, sed nondum floruit.
Narcissus iuncis folijs flore luteo reflexo. fol. 65.

Fol. 31.

Narc. Indicus Orientalis dictus Swertius bulbo admodum magno & compressus rotundo non descriptus, neque nobis florem dedit, folia habet narcissi.
Narcissus Indicus Occidentalis folijs narcissi latifolij dictus Swertzius, neque hic florem dedit.
Narcissus Promontorij bonæ spei, nondum protulit flores, sed tantum bulbos oblongos & crassos. fol. 67.
Narcissus totus albus de virginea à D. Petro Gareto flore plenus, in medio oblongo apice. ibid.

Fol. 32.

Narcissus Indicus siue Pancratium marinum Orientale folijs triquetris dictus Swertzius maior non descriptus.
Narcissus Indicus siue Pancratium Occidentale nedum descriptum.

Fol. 33.

Narcissus mar. siue Pancratium verum Clusij.
Narc. marinus siue scilla marina.
Narc. mar. siue scilla minor Hispan.
Narcissus siue Pancratium maius Hispan.

Fol. 57.

Ornithogalum Arabicum multiflorum album vmbilico aut capite nigro interiore.
Ornithogalum Neapolitanum flore interius candido exterius cinereo.
Ornithogalum minus vulgatum.
Ornithogalum Hyacinthinum luridū vulgare.

Fol. 58.

Ornithogalum flore albo viridiq; linea in dorso prædito.
Ornithogalum siue Lilium Alexandrinum multiflorum maxima spica.
Ornithogalum Indicum Promontorij bonæ spei, nondum protulit flores, bulbos autem eximie crassos, facie à superioribus non multum dissimiles. fol. 67

Fol. 64.

Pœonia multiplex sanguinea.
Pœonia multiplex exalbida.
Pœonia simplex alba.
Variaq; varietas.

Fol. 54.

Ranunculus Asiaticus grumosa rad. pleno flore albo rubroq; mixto colore.
Ranunculus Lusitanicus siue hyemalis fl. luteo.
Ranuncul. Asiaticus grumosa rad. sanguineus dupl. fl.
Ranunculus grumosa rad. simpl. flore rubro.
Ranunculus luteus duplex florem vnum ax alio emittens.
Ranunculus Asiaticus grumosa rad. flore albo maculis rubescentibus prædito simplici.

Fol. 55.

Ranunculus pleno flore albo.
Ranunc. Asiat. grum. rad. flor. flauo rubris venis distincto.
Ranunculus glomeratus latens.
Ranunculus grumosa radice 1. Clusij fl. luteo odorato.
Ranunculus aquaticus falsò dictus siue Caltha palustris duplici flore.
Radix bulbosa alba promontorij bonæ spei collo oblonga & crasso. fol. 66.

Fol. 62.

Sisyrinchium maius fl. cærul.
Sisyrinchium maius fl. cærul.
Satyrion è Guinea delatū nō descriptū.

Fol 63.

Satyrion alt. siue testiculus Vulp. fl. carneo.
Satyrion Apulei fl. atro-purpurascente.
Satyrion fl. purpureo.
Satyrion siue Orchis testiculus carneus.
Satyrion siue Orchis maior fl. rubro.
Satyrion siue Palma Christi flo. niueo, folijs maculatum.
Satyr. siue Palma Christi rubicundum non maculatum.
Satyrium fœmina grisco colore.
Satyrium siue Palma Christi cramosino (vt aiunt) colore.

Fol. 8.

Tulipa Bombicina Gallis dicta hilari phœnic. col. fundo vano albicantibus oris.
Tulipa tricolor alba flammis rubris intercursantibus sulphuracea.
Tulipa Persica trib. ext fol. rubra, albis oris, internis albida, fundo cæruleo.
Tulipa purpurea violaceo alba flammea & alata vt vocant.
Tulipa niuea rubris flammis intensis intus & extra.
Tulipa alba lineis & punctis rubro-purpureis prædita
Tulipa flammea rubro-lutea.
Tulipa alba fundo cæruleo intensius ad basim, dilutius ad medium florem, vnde exit linea coccineo-rubra in latitudinem diducta intus & extra.
Tulipa intus saturatius carnea, exterius autem leuiter fundo luteo.


Tulipa aurea lineis & punctulis rubris aspersa.
Tulipa aurea saturato rubro elegans.
Tulipa alba.

Fol. 9.

Tulipa saturatius rubra oris sulphureis.
Tulipa alata alba purpureo-coccineis flammis.
Tulipa aurea rubris flammulis & punctulis aspersa.
Tulipa purpurea candidis oris.
Tulipa flore purpureo-rubro patulo striata ex fundo albo.
Tulipa niuea confusa rubro-purpureo colore saturato.
Tulipa purpurea lineis violaceis obscuris.
Tulipa lutea confusa rubro miniato.
Tulipa lutea diluta lateribus rubris.
Tulipa rubra fundo vario.
Tulipa lutea hilari rubro confusa.
Tulipa Cramosyna vt vocant candicantibus oris.

Fol. 10.

Tulipa purpureo-violacea minus saturato oris albescentibus.
Tulipa Laprock nominata lutea intensa flammis largis sanguineis ornata.
Tulipa niuea lateribus latè rubris-purpureis punctulatis fundo pallidè cæruleo.
Tulipa sulphurea rubro saturato conspersa.
Tulipa alba flauedine confusa striatis purpureis rubris flammis.
Tulipa lutea, oris sulphureis, annulo rubro punctis rubris intus pleno, fundo vario.
Tul. purpureo-rubra saturata albis oris.
Tulipa violacea-purpurea.
Zingiber flore albo à M. Stephano, & ab authore in flore ipso visum. fol. 65.



CATA-

CATALOGVS.

Den eersten Boeck tracterende van de Bloemen met bollen/ ende die dicke Worttelen hebben,

Anemone met breede bladen.

Fol. 2.



Nemo. Calcedonica, die Bloem groen met roode violette strepen/ geheeten *Superitium*.

Anemone Calcedonica grot met roode strepen.

Anem. Pavo die grootste/ dobbelt Cinober Coleur.

Ane. Pavo enckel sonder rinck fermelioen Coleur.

Anemo. Pavo enckel met den rinck fermel. Coleur.

Ane. Incarnaet hooger als Lijfverf.

Ane. rooth violeth uytnemenden schoon.

Ane. Orange Coleur.

Ane. Cramosyn Coleur.

Ane. Schoon violeth.

Anem. Lyfverf.

Ane. Bleeck purpur.

Ane. purpur.

Anemone met breede bladeren/ so nuuge verschillende van de voorgaende.

Fol. 3.

Anem. Aschverff.

Anem. Oft dobbelen Hanen voet witt ende rooth blosende.

Anem. Met gesloten groene breede bladen snee with.

Anem. met breedt blad die gheele hofbloem van *Clusius*

Anem. Licht purpur.

Anem. Oft *Aconitum* met gheele bloemen.

Anem. Graw Coleur.

Anem. Schlecht Cramosyn verf.

Anem. Oft gesternden *Anemone* licht blaw met feruel bladen.

Anem. Gestart with als voir.

Anem. Gestart violeth purpur als voir.

Anem. Den wilden witten *anemone* met veselachtiche wortelen.

Anemone met smale Bladeren.

Fol. 4.

Anem. met Cramozyden bloemen.

Anem. als root fluweel.

Anem. bisantina dobeel binnen purpur den gront wittachtich.

Anem. Coetsiemillo.

Anem. With uyt den grauwen met swertte strepen niet beschreven.

Anem. Blaw violeth.

Anem. Bruyn doncker rooth.

Anem. with.

Anem. Gelyck appelblueyssel.

Anem. Grau nyet geheel with.

Anem. dob. bruyn carmosyn rooth.

Anem. Den selven dob van eender veroben een ander faictsoen.

Fol. 43.

Arum bisantinum met roode besien:

Arisarum oft *Arum* de kleynste met smallen bladen.

Fol. 48.

Asphodilus met tacken kleyne Bloemen with.

Asphodil. met geele bloemen.

Asphodil. met veselachtige worttelen witte sterren.

Vroegen Somer Crocus, oft Saffraen bloem.

Fol. 5.

Crocus, with met bruyne strepen.

Crocus with met veel bloemen de gedaente gelyck den gemeenen gheelen *Crocus* niet beschreven.

Crocus grouwe lacken.

Crocus blauachtich.

Crocus blauachtich met violetten strepen.

Crocus with.

Crocus gheel.

Crocus asverff.

Herfst Crocus oft Saffraen Bloem.

Fol. 6.

Crocus uyt den blauwen.

Crocus uyt den blauwen met violete strepen.

Crocus asverff.

Crocus purpur den rechten saffraen.

Crocus with niet beschreven.

Crocus blau violeth.

Fol. 56.

Colchicum oft tytloos dye int voor jaer bloeyt met root purpur bloemen.

Colchicum with met purpur strepen.

Colchicum dy gedaente van de bloem van frittillarie.

Colchicum gheel.

Colchicum dobbelt with purpurachtich.

Colchicum gemeen bleeck met purpur/ oock root purpur.

Col. with dat zyn groen in den herfst brengt nyet beschreven. Fol. 65.

Fol. 1.

Corona Imperialis met twee croonen boven een geelachtich rooth.

Cronn oft Keysers Croon met roode orange bloemen.

Fol. 59.

Cyclamina oft verckens broot van Roomen met scherpe bladen binnen hart wys geplect/ met witte rooth blosende bloemen.

Cyclam. uyt Franckryck nyet zoo schoon geplect / dy bloem verscheelt weynich bleecker.

Cyclam. dat int voor jaer bloeyt met witachtige bloemen / brengt zyn worttelen midden onder den boll gelyck de raepen doen.

Cyclam. uyt Duytsland met ronde bladen dye Bloem cramosyn root/ wyck purpurachtich.

Fol. 6.

Dens caninus. oft Hontzants met witte bloemen.

Dens caninus met roode bloemen.

Fol. 7.

Fritillaria van Aquitanien buyten grau binnen groengeel.

Fritillaria root purpur dye kleynste met veele kleyne bloemkens/ niet beschreven.

Fritillaria met dye croone uyt Spaengien braun purpur.

Fritillaria with.

Fritillaria geel met roode aderen ruyt wys omgetogen.

Fritillaria met veele groote bloemen purpur bleeck. Fol. 44.

Fol. 42.

Gladiolus oft Sweerdekens Lyfverff.

Gladiolus met purpur bloemen.

